



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibus Ab Intestato, De Renvnciationibus

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. LVIII. Senen. legati. An legatum, vel alia dispositio facta ad favorem puellæ adhuc nubilis pro quando erit in certa ætate, ac nubet, debeatur, si ante illam ætatem nubat, vel potiùs caducitas ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

svum, atque supponat precedentem emolumentum acquisitionem, utpote ex eius fructibus cum tractu successivo faciendum, ideoque dicitur adjectum à parte postea, cum tunc importet penam formalem privationis; Primo etenim casu dispositio dicitur conditionalis, quamvis verba in sensu literali, seu grammaticali modum significarent; In altero autem dicitur modalis, quamvis verba in eodem sensu literali, seu grammaticali importarent conditionem, quoniam in hac materia, substantia veritatis, seu dispositionis natura, non autem verborum formalitas attendi debet, ut locis citatis aliteretur.

Ideoque, cum in hac facti specie ageretur de implemento à parte postea, cum tractu successivo præsupponente etiam pernecessè executionem dispositionis, & acquisitionem bonorum, ex cuius fructibus illud faciendum erat, ita sine dubio in secunda distinctionis parte versabamur; Potissimè verò, dum neque pena adjecta erat ab homine, sed ex officio iudicis illam supplere oportebat ex intentione legis, quo casu strictius proceditur.

Ponderabam quoque, quod in hoc proposito, notabilis differentia constituenda sit inter illam speciem contraventionis, quæ de sui natura quemdam spretum testatoris, vel benefactoris redoleat, puta deserendo ejus nomen, ac insignia, vel similem actum faciendo ex ponderatis dicto disc. 7. de fideicom. ; Et hujusmodi contraventionem resultantem à non solutione alicujus præstationis, quæ negligentie, vel inopie, seu incommoditati referri valeat, ideoque pariter erroneum est in hac materia, cum generalitatibus procedere, cum decisio pendeat à facti qualitate, & circumstantijs spretum positivum redolentibus, necnè; Isteque videtur modus decidendi hujusmodi quæstiones.

S E N E N.
L E G A T I
P R O
C A T H A R I N A.

Responsum pro veritate.

An legatum, vel alia dispositio facta ad favorem puellæ adhuc non nubilis pro quando crit in certa ætate, ac nubet, debeat, si ante illam ætatem nubat, vel potius caducitas intret; Et de interpretatione legati, seu dispositionis, ut uxor testatoris tractari debeat eo modo quo ipso vivente tractabatur.

S V M M A R I V M.

- 1 **F** Acti series.
- 2 Puella si nubat ante ætatem à testatore præfixitam, an adhuc legatum consequatur, vel intret caducitas.
- 3 Assequitur, sed actio non est exercibilis, nisi post superventam ætatem.
- 4 Quando dictum tempus adjectum dicatur pro præfisa conditione, vel potius pro dilatione, & executione, & numer. 9.
- 5 Contraventio an operetur caducitatem si ista adjecta non fuerit.

6 Con-

- 6 Conditiones respicientes matrimonij libertatem, an vitient, vel vitentur remissivè, & numer. 11.
- 7 In his quæ per legem reprobata sunt, vel intret dubitatio reprobationis, non est præsumenda voluntas.
- 8 Quod sub generica renunciatione, vel obligatione non veniant prohibita.
- 9 De eodem de quo supra num. 4.
- 10 In casu caducitatis, an intret restitutio in integrum remissivè.
- 11 De eadem conclusione de qua supra num. 6.
- 12 Heres gravatus dicitur interim verus dominus.
- 13 De interpretatione dispositionis, ut uxor tractari debeat prout ipso testatore vivente tractabatur.
- 14 De consuetudine Bulgari.

D I S C. LVIII.



C Arolus jure legati Lucretiæ uxori reliquit usum fructuum hæreditatis, donec Catharina neptis ex fratre inferius instituta, ætatem 15. annorum completeret, ac nuberet, istoque casu factò, eidem uxori reliquit ad vitam usum fructuum parti-

cularem quorundam bonorum, generaliter mandando, ut esset domina, ac tractari deberet eo modo quo, ipso testatore vivente, tractabatur; Post plura verò alia legata, deveniendo ad hæredem institutionem, hæredem instituit eandem Lucretiam cum onere restituendi hæreditatè Catharinæ postquam dictam ætatem compleverit, ac nupsisset, eam ex nunc pro tunc hæredem instituendo; Cum autem dicta Catharina esset in ætate annorum 12., atque nubere intenderet; Hinc de pluribus ex ejus parte pro veritate consultus fui; Præsertim verò [quatenus ad hanc materiam pertinet] an ejus nuptijs etiam ante dictam ætatem sequutis, restitutio ei debita esset, atque cessare deberet dictum legatum ususfructus universalis ad favorem Lucretiæ; Ac etiam quomodo intelligendum esset dictum aliud legatum, seu præceptum, quod eadem testatoris uxor, esset domina, ac tractari deberet sicut in ejus vita tractabatur.

Ad primum respondi, quod duplex inspectio cadebat; Primum nempe, an ob contraventionem præcepti testatoris nubendo ante ætatem ab eo præfixitam, intraret caducitas, adeo ut etiam ætate adveniente, dispositio ad ejus favorem effectum fortiri non deberet; Et secundò, quatenus dictæ caducitati locus non esset, an ob sequutas nuptias etiam ante ætatem cessare deberet legatum ususfructus favore uxoris.

Super utroque puncto, mihi sequi visum est decisionem Sac. Conf. Neap. relatam, ac exornatam per Merlin. lib. 2. contr. 45., ubi in specie de consimili dispositione ad favorem puellæ ex testatoris voluntate nubendæ post completam ætatem 16. annorum, ut scilicet, per nuptias ante ætatem sequutas, dispositio non cessaret, non tamen pro ea exercibilis esset actio contra hæredem, nisi post superventam ætatem, & non antea.

Quatenus enim pertinet ad punctum caducitatis, absque necessitate assumendi quæstionem potestatis, de qua infra, cessare videbatur difficultas, ex cessante voluntate, quoniam ex contextu testamenti constabat quod testator id præcisè non demandaverat, neque adjecerat pro præfisa, & suspensiva conditione adimente aliàs consensu ab actu, adeo ut ejus purificatio dispositionem perficeret, sive quod

quod ad eam præcisè esset præceptiva voluntas, ut
 5 contraventionem per speciem ingratitudinis indignum
 redderet legatarium, vel alium, cujus favore sub ea
 lege dispositum sit, & quo casu pœna caducitatis
 licet expressè non adjecta per legem subintelligen-
 da venit, sive per ludicem ex officio suppleri po-
 test, juxta ea, quæ in hoc proposito contraventionis
 præcepto testatoris habentur *sub tit. de fideic.*
 pluries præsertim *disc. 7. & hoc tit. disc. 29. & 57.*

Potissimè verò quoniam in hac materia, ut patet
 ex plenè deductis *sub tit. de testam. disc. 73.*, ubi ha-
 betur, an & quando hujusmodi conditiones con-
 6 cernentes matrimonium, obligent, vel potius vici-
 entur, ac pro non scriptis habendæ sint, & de quo
 etiam habetur *in Avenionen. sub tit. de matrim. in*
 7 *Miscellaneo Ecclesiastico*; Negari non potest quin
 id sub quæstione sit, & consequenter in his, quæ
 clarè per legem reprobata sunt, vel saltè est du-
 bium, an sub reprobatione cadant, præsumenda, vel
 subintelligenda non est voluntas, quoties illa ex-
 pressa non sit; Ad instar eorum quæ habentur *sub*
 8 *tit. de credit. disc. 13. & 151. & sub tit. de renunc.*
disc. 4. & seq., ut sub generica renunciatione, vel
 obligatione non veniant prohibita, seu ea, in qui-
 bus probabilis suspicio cadere valeat, quod prohibi-
 ta, seu per legem reprobata sint.

Ac etiam quia contextus dispositionis, quamvis
 aliquo proliuano, ac rudi modo conceptæ, & quali-
 9 tas personarum, clarè probabant, ut pro sola dilata-
 tione, seu executione dispositionis, ita testator præ-
 suppositivè, seu consultivè dictam ætatem statuis-
 set, utpotè congruam; Et consequenter, quod id
 non percuteret substantiam dispositionis per viam
 præcisæ conditionis, cujus defectus voluntatè ces-
 sare faceret, sed potius dilationem, seu executionè
 contineret utpotè in tempore congruo, juxta ca-
 sum præcisum, de quo *in dicta contro. 45. Mer-
 lini*, ideoque hic punctus videbatur planus; Ne-
 que intrabantea, quæ habentur plenè deducta per
Rotam in Venusina legati coram Coccino decis. 492.
par. 4. rec. tom. 2. cum alijs de quibus dicto disc. 73.
de testam., dum in eo casu aderat expressa pœna vel
 provisio in casu contraventionis, quod in hac di-
 10 spositione non legebatur, ideoque non oportebat
 examinare punctum, de quo ibi, & *in dicta Avenio-
 nen. sub tit. de matrim.*, an scilicèt in omnem even-
 tum, stante tenera ætate, evitari posset incurfus ca-
 ducitatis, vel pœnæ ex beneficio restitutionis in in-
 tegrum, ex ibi deductis, dum ita cessabat quæstio-
 nis occasio in radice.

Hinc proinde disputandi ratio potius cadere
 videbatur super secundo puncto, an scilicèt stante
 matrimonio ante dictam ætatem sequuto, deberetur
 dispositio, atq; cessaret legatum ad favorem uxoris.

11 Et in hoc, ad favorem Catharinæ contra Luere-
 tiam pro hujusmodi conditionis, seu dilationis re-
 jectione respondendum videretur, ex plenè cumu-
 latis per *Aliograd. conf. 77. lib. 2.* super juris con-
 clusione, ut omnia quæ viduitatem inducunt, seu
 matrimonij libertati adversantur, pro non scriptis
 habenda sint, rectèque sperni valeant, cum alijs in
 hoc proposito relatis *eodem disc. 73. de testam.*

Verum his, ac similibus non obstantibus, con-
 trarium juxta dictam resolutionem S. Conf., mihi
 probabilis visum est, Tum quia conclusio prædi-
 cta in suis casibus vera, rectè procedit, quando per-
 petuam percutiat viduitatem, seu indiscretam di-
 lationem, quæ aliqua ratione, seu justo motivo ve-
 sita non sit; Secus autem ubi prudens, ac rationabi-
 lis dispositio sit, ut in præsentis esse videbatur, dum
 ætas præfixa nimirum discreta erat, magisq; con-

grua, eo quia puella in magis tenera ætate seductio-
 nibus subiecta, facilius est, ut matrimonium præter
 dignum contrahat, ut *eodem disc. 73. de testam.* ad-
 vertitur.

Tum clariùs, quia non agebatur de dispositione
 directæ in ipsam puellam, adeo ut in ea radice dici
 posset, eiq; jus quæsitum, sed de substitutione fa-
 cta ad ejus favorem, quando qualitas testatore
 desideratas obtinuerit, & consequenter non age-
 batur de aliqua privatione juris quæsitæ, quæ præ-
 speciem redoleret, sed potius de qualitate necessa-
 ria ad assequendum, seu de conditione, sub qua ha-
 res gravatus est restituere, & ante cujus præsum-
 tionem rectè dicere potest, quod casus sui præ-
 minis non eveniret, juxta magistralem distinctio-
 nem deductam ex celebri *conf. 16. Oldrad.* magis
 communitè recepta est ex deductis *disc. 73. de testam.*, ac etiam *disc. 44. sub tit. de legat.*
com., ubi in specie agitur de casu, de quo per *Algra-*
dito conf. 77. lib. 2., ejusque opinio regit, cum
 revera probabile non habeat fundamentum, sed
 potius sit doctrina venalis, ut frequenter est illa
 Consultentium ad requirentis oportunitatem.

Et sic advertendam, quod non intrabat temeraria
 cessationis legati primo loco facti de viduitate,
 quoniam præcedens legatum, in utroque potius remane-
 nebat, ob subsequutum titulum hæresis incomple-
 tibilem cum illo legatarij, & consequenter quod
 hæres, [qui licet fideicommissio gravatus inveniret
 verus dominus dicitur, ex pluribus deductis *sub tit.*
de fideicom.], jure proprii domini continuaret,
 tanquam per non factum casum, vel non partici-
 pam conditionem.

Quoverò ad aliud quæsitum, super interpretatione
 alterius legati facti ad favorem uxoris postquam pu-
 rificatio conditionis sequuta esset, super ejus tracta-
 mentis; Respondi quod hæc dispositio in ista parte
 contineret potius ad favorem uxoris quam ad do-
 minicalem præminentiam in domo, juxta illam
 speciem de qua *sub tit. de servit. ad materiam usus*
 fructus, agendo de consuetudine *lib. 1. cap. 12.* quando
 uxor relinquitur *domina, et madonna, & usque*
ria, ut non per hoc id importet aliud nisi alimen-
 tum, non tamen, eo modo quo pauperi alimenter
 benevolentia, seu charitate præstanta sunt, sed
 dicta præminentia dominicali, eo modo quo
 in domo viri vivere solet; Quasi quod hæc puella
 hæres instituta, quæ per testatorem, ipsam
 rem, ex fratre nepitis, tanquam filia educata erat,
 etiam post nuptias, in eadem reverentia erga matrem
 continuare deberet, non autè, ut congrua portio
 quam testator eidem uxori reliquerat cuiuslibet
 particulari aliquorum bonorum, de servitute debent
 ad meram locupletationem, & cum illa, cum illa
 probabile videretur, atq; voluntati testatoris
 similitè contrariū, quod, si nepitem hæredem, quæ
 tanquam filia tractaverat, spoliare voluerit, non
 taret hæres extraneos uxoris sibi ignotos; Atque
 cum his ponderationibus, spectata substantia ver-
 similis voluntatis defuit, legata am bigua interpretan-
 tanda sunt, nõ autè cum verborum formalitate
 aut cum regulis, seu propositionibus generalibus.

DISCURSUS GENERALIS.

An, & quando legatum dicatur potius
 vel conditionale, ubi præsertim agatur de
 legato dotis; Et de effectibus eorum
 sicutantibus.